

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

WEDNESDAY OF THE SECOND WEEK OF LENT

Psalm 37:22-23,2

NE derelinquas me, Dómine, Deus meus, ne discédas a me: inténde in adiutorium meum, Dómine, virtus salutis meæ. Ps 37:2. Dómine, ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corripias me. Glória Patri.

INTROIT

Forsake me not, O Lord; my God, be not far from me! Hasten to help me, O Lord, my salvation! Ps. O Lord, in Your anger punish me not, in Your wrath chastise me not. Glory be to the Father.

COLLECT

PÓPULUM tuum, quæsumus, Dómine, propítius réspice: et, quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, a noxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dominum.

Look mercifully upon Your people, we beseech You, O Lord, and grant that they whom You command to abstain from food, may also refrain from harmful vices. Through our Lord.

Esther 13:8-11,15-17

IN diébus illis: Orávit Mardocheus ad Dóminum, dicens: Dómine, Dómine, Rex omnípotens, in dicione enim tua cuncta sunt pósita, et non est, qui possit tuæ resistere voluntáti, si decreveris salváre Israël. Tu fecísti coelum et terram, et quidquid coeli ámbitu continétur. Dóminus ómnium es, nec est, qui resístat majestáti tuæ. Et nunc, Dómine Rex, Deus Abraham, miserére pópuli tui, quia volunt nos inimíci nostri pérdere, et hereditátem tuam delére. Ne despicias partem tuam, quam redemísti tibi de Ægýpto. Exáudi deprecationem meam, et propítius esto sorti et funículo tuo, et convertéte luctum nostrum in gáudium, ut vivéntes laudémus nomen tuum, Dómine, et ne claudas ora te canéntium, Dómine, Deus noster.

EPISTLE

In those days, Mardochai prayed to the Lord, saying: O Lord, Lord, almighty King, for all things are in Your power, and there is none that can resist Your will, if You determine to save Israel. You have made heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven. You are Lord of all, and there is none that can resist Your Majesty. And now, O Lord, O King, O God of Abraham, have mercy on Your people, because our enemies resolve to destroy us, and extinguish Your inheritance. Despise not Your portion, which You have redeemed for Yourself out of Egypt. Hear my supplication, and be merciful to Your lot and inheritance, and turn our mourning into joy, that we may live and praise Your Name, O Lord, and shut not the mouths of those who sing to You, O Lord our God.

POSTCOMMUNION

SUMPTIS, Dómine, sacraméntis: ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dominum.

Having received Your sacrament, O Lord, may we make progress, we beseech You, toward our everlasting salvation. Through our Lord.

PRAYER OVER THE PEOPLE

DEUS, innocéntiæ restitutor et amátor, dirige ad te tuórum corda servórum: ut, spíritus tui fervóre concepto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere effícaces. Per Dominum.

O God, restorer and lover of innocence, direct the hearts of Your servants towards You, so that, filled with the fervour of Your spirit, they may be found steadfast in faith and rich in good works. Through our Lord.

Psalm 27:9,1

SALVUM fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ. V. Ad te, Dómine, clamávi: Deus meus, ne síleas a me, et ero símilis descendéntibus in lacum.

Psalm 102: 10; 78: 8, 9

DÓMINE, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis. Ps 78: 8-9. Dómine, ne memínaris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito anticipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. [*Hic genuflectitur.*] V. Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Matthew 20:17-28

IN illo témpore: Ascéndens Jesus Jerosólymam, assúmpsit duódecim discípulos secréto, et ait illis: Ecce, ascéndimus Jerosólymam, et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdotum, et scribis, et condemnábunt eum morte, et tradent eum Génitibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum, et tértia die resúrget. Tunc accéssit ad eum mater filiórum Zebedæi cum filiis suis, adórans et petens áliquíd ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic, ut sédeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam et unus ad sinístram in regno tuo. Respóndens autem Jesus, dixit: Nescítis, quid petátis. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei: Póssumus. Ait illis: Cálicem quidem meum bibétis: sedére autem ad dexteram meam vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre meo. Et audiéntes decem, indignáti sunt de duóbus frátribus. Jesus autem vocávit eos ad se, et ait: Scitis, quia príncipes géntium dominántur eórum: et qui maióres sunt, potestátem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed qui-

GRADUAL

Save Thy people, O Lord, and bless Thine inheritance. Unto Thee have I cried, O Lord my God; be not Thou silent to me, lest I become like to them that go down into the pit.

TRACT

O Lord, deal with us not according to our sins, nor requite us according to our crimes. Ps. O Lord, remember not against us the iniquities of the past; may Your compassion quickly come to us, for we are brought very low. [*Kneel.*] V. Help us, O God, our Saviour, because of the glory of Your Name, O Lord; deliver us and pardon our sins for Your Name's sake.

GOSPEL

At that time, as Jesus was going up to Jerusalem, He took the twelve disciples aside by themselves, and said to them: Behold, we are going up to Jerusalem, and the Son of Man will be betrayed to the chief priests and the Scribes; and they will condemn Him to death, and will deliver Him to the Gentiles to be mocked and scourged and crucified; and on the third day He will rise again. Then the mother of the sons of Zebedee came to Him with her sons; and worshipping, she made a request of Him. He said to her: What do you want? She said to Him: Command that these my two sons may sit, one at Your right hand and one at Your left hand, in Your kingdom. But Jesus answered and said: You do not know what you are asking for. Can you drink of the cup of which I am about to drink? They said to Him: We can. He said to them: Of My cup you shall indeed drink; but as for sitting at My right hand and at My left, that is not Mine to give you, but it belongs to those for whom it has been prepared by My Father. And when the ten heard this, they were indignant at the two brothers. But Jesus called them to Him, and said: You

cúmque volúerit inter vos maior fieri, sit vester mínister: et qui volúerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut Fílius hóminis non venit ministrári, sed ministráre, et dare ánimam suam, redemptionem pro multis.

Psalm 24:1-3

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confido, non erubéscam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te expéctant, non confundéntur.

HÓSTIAS, Dómine, quas tibi offérimus, propítius respice: et, per hæc sancta commércia, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem elevas, virtútem largís, et prámia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

Psalm 10:8

JUSTUS Dóminus, et justítiam diléxit: æquitátem vidit vultus ejus.

know that the rulers of the Gentiles lord it over them, and their great men exercise authority over them. Not so is it among you. On the contrary, whoever wishes to become great among shall be your servant; and whoever wishes to be first among you shall be your slave; even as the Son the Man has not come to be served but to serve, and to give His life as a ransom for many.

OFFERTORY

To You I lift up my soul, O Lord. In You, O my God, I trust; let me not be put to shame, let not my enemies exult over me. No one who waits for You shall be put to shame.

SECRET

Look with favour upon the sacrificial gifts we offer You, O Lord, and through this holy exchange loosen the bonds of our sins. Through our Lord.

PREFACE FOR LENT

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Who by the fasting of the body dost curb our vices, elevate our minds and bestow virtue and reward; through Christ our Lord. Through whom the angels praise Thy majesty, the dominions worship it, and the powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts, with the blessed seraphim join together in celebrating their joy. With these we pray Thee join our voices also, while we say with lowly praise:

COMMUNION

The Lord is just, He loves just deeds; the upright shall see His face.